



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 53. Creatio Cardinalium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

*Sæcul. XIII.* tificia coram gratulantem mox in Fran-  
*A. C. 1281.* ciam cum munusculis remisit, bona, qui-  
 bus frueretur, Ecclesiæ, non sua esse di-  
 cens. Ricordanus hoc anno 1281 suam  
 finit historiam. Papa Martinus postea  
 Senatoris Romani officium Carolo Sici-  
 liæ Regi contulit. Interim se consecra-  
 ri coronarique curavit Urbe Veteri 23 Mar-  
 tii quarta jejunii verni dominica. Sed  
 annos quatuor.

*Launoi* Paulo post, quam hunc ad gradum  
*Magd. p. 79.* promotus fuerat, Ecclesiæ Senionen-  
 so. S. Magdalena costam donavit, quam re-  
*Sup. Lib. 85.* tinuerat, cum reliquiarum ejus transla-  
*§. 54.* tioni anno 1267 adesset: & in diploma-  
 te declarat, Sanctæ corpus esse Veselii.

## §. LIII.

*Creatio Cardinalium.*

*Jordan. ap.* Eodem anno die sabbati sancti 12 A.  
*Papebr.* prilis novem creavit Cardinales, ni-  
 conat. mirum tres Episcopos Gerardum Bian-  
 cum Sabinensem, Hieronymum Asculen-  
 sem Prænestinum, ac Bernardum Lan-  
 guisselium Portuensem natione Gallum  
 Archiepiscopum Arelatensem. Reliquo-  
 rum sex Cardinalium unus Diaconus,  
 quinque Presbyteri fuere, scilicet Hugo  
 Niger Anglus, celeber Medicus, qui ac-  
 cepit titulum S. Laurentii in Lucina;  
 Gervasius Archidiaconus Parisiensis, qui

titulum S. Martini obtinuit; Godefridus Sæcul. XIII.  
Barius Burgundus Decanus Ecclesiæ A. C. 1281.  
Parisinæ, cuius Canonicus jam anno  
1270 erat, cum eum Robertus Sorbonius Duhouï hist.  
hæredem suum instituit: sed postquam Part. 2. p.  
pius hic Doctor an. 1274 vitam posuerat, 416. 417. 506  
Godefridus jam Decanus domui Sorbo-  
nicæ totam cessit hæreditatem. Papa  
Martinus Godefrido Bario titulum S. Su-  
fannæ dedit. Quem vero ipse, cum Car-  
dinalis esset, habuit, S. Cæciliae titulum  
tribuit Joanni Choletu Canonico Bello- Id. p. 575.  
vacensi, magnæ pietatis viro, conditori  
Parisiensis collegij, quod ab eo nomen  
traxit. Quintus Cardinalis Presbyter  
fuit Contius Glusianus de Casata Medio-  
lanensis Archidiaconus, deinde sacri pa-  
latii Romani Auditor. Titulum S. Mar-  
cellini & S. Petri nactus est. Cardinalis  
Diaconus erat Benedictus Cajetanus A-  
pagniensis Pontificii Consilii Advocatus,  
& sacræ Sedis Archigrammateus seu Pro-  
tonotarius; ut vocant. Consecutus est  
titulum S. Nicolai in carcere: ac postea  
evasit Papa sub nomine Bonifacii VIII.

*Palæologus a Papa proscriptus.*

Imperator Michael Palæologus Bursias  
in Bithynia agebat, cum Martinum es-  
se Papam audiens, Metropolitas Leonem  
Hera-